



Siglo XII [post 23 de octubre de 1194]. [León]

Mandato de Alfonso IX, rey de León (1188-1230), remitiendo a Alfonso, obispo de Orense (1174-1213), copia de los textos legales de las Constituciones de las curias regias de 1188 y 1194 para su cumplimiento como legislación general del reino. El diploma contiene a su vez tres documentos:

1. Constitución de Alfonso IX estableciendo la normativa legal sobre ladrones, malhechores y otros abusos cometidos en su reino y sobre la legitimidad de los hijos concubenarios, a la vista del estado de malestar en que se encontraba el reino (Aprox. 1188, junio-julio, s.d. [León]).
 2. Constituciones de Alfonso IX aprobadas en la Curia regia celebrada en León en el mes de septiembre y promulgadas en un Concilio celebrado en Santiago de Compostela. (1194, octubre, 23. Santiago de Compostela).
 3. Mandato del rey Alfonso XI al obispo de Orense para que aplique en su ámbito jurisdiccional los textos anteriormente insertados para su aplicación como legislación general de reino. (Siglo XII. Post octubre de 1194. S.l.).
- A. ARCHIVO DE LA CATEDRAL DE OURENSE. Sign. Priv. I, 51. Mandato real. Pergamino, 555 x 765 mm + 30 mm de plica. Escritura gótica textual (nº 1 y 2) y gótica cursiva (nº 3). Escritura a tres columnas. Latín. Buen estado conservación. Sello real pendiente en cera roja, incompleto, c. 60 mm diámetro, con figuras mutiladas del león pasante y la efigie ecuestre de Alfonso IX.
 - B. ARCHIVO DE LA CATEDRAL DE OURENSE. Sign. Priv. 1, 46. Copia del siglo XIII del documento nº 1. Pergamino, latín, escritura carolina de transición a gótica. Transcripción sin elementos de validación notarial.
 - EDICIÓN 1: Manuel de CASTRO – Manuel MARTÍNEZ SUEIRO (eds.): *Documentos del Archivo de la catedral de Orense*, 1923, pp. 74-80. Fueron publicados también en *Boletín de la Comisión de Monumentos de Orense*, años 1914-1922, pp. 6-38.
 - EDICIÓN 2: Julio GONZÁLEZ: *Alfonso IX*. Madrid: Consejo Superior de Investigaciones Científicas. Instituto Jerónimo Zurita, 1944, t. II, pp. 26-17, 125-128, 129.
 - EDICIÓN 3: Emilio DURO PEÑA: *Catálogo de documentos reales del archivo de la catedral de Orense (844-1530)*. Barcelona: Universidad de Barcelona. Instituto de Historia Medieval, 1972; docs. nº 41, 47 y 48.
 - *Observaciones*: El documento nº 1 es conocido en la historiografía como “Constitución de 1188 en León” y el nº 2 como “Constitución de 1194 en Compostela”. Julio González edita los tres documentos por separado, ubicándolos en contextos cronológicos diferenciados al de la compilación materializada en este mandato concreto del rey al obispo de Orense.

Transcripción:

[*Texto nº 1: Constitución de 1188*]

In nomine domini nostri Ihesu Christi, amen. Sub era MCCXXVI^a, mense iulio, primo anno regni mei. Cum uenisset ego rex domnus Adefonsus Legionem, didici ibi per querelantes et alios uasallos meos quod regnum deum ualde turbatum erat per calefactores qui regni statum pro sua uoluntate peruerterant. Alii furtime uel manifeste aliena tollebant. Alii inimicitias per rerum rapinam uindicabant. Alii homine seruitutis forum, qui se liberos proclamabant, bona uel personas inuadebant. Alii sub obtentu pignorandi aliena occupabant. Alii leue reputantes et facili Signum uenia, cibum uel potum uel equis annonam ab alienis hereditatibus uel aliorum uassallis uel a transeuntibus uiolenter accipiebant. Quod quanto leuius uidebatur, tanto amplius assiduitate nimia



minores grauabat. Cum igitur has et alias regni mei uilentias et iniurias extirpandas consilium a meis requisissem, pari consensu et comuni omnium deliberatione constitui, ut quicumque seu in minoribus seu in maioribus rebus uilentiam alteri fecerit, preter penam ad quam lege tenetur, ei quem leserit dampnum in duplum resarciat, et regie uoci C morabitanos conponat. Et si facultates eius ad hanc penam non suffecerint, persona eius tandiu captioni regie mancipetur, donec penam predictam exsoluat. Pena autem hec C aureorum usque ad biennium dumtaxat statute est nisi iterum fuerit renouata. Ad uilentiam autem statuto pertinere, si quis pignorauerit alium quam debitorem uel fideiussorem, uel si ei quem pignorauerit pignus non fecerit manifestum, ut reddat ipsum per fideiussorem. Malefactores autem qui hactenus huiusmodi uiolentiis regnum effecerunt ad satisfactionem per anteriores leges iussi conpelli, et omnes magnates meos iuramento astrinxi ut pro posse suo iustitiam seruent, et pro preteritis maleficiis inferiores personas districtius punientes, nobiliores qui satisfacere uoluerint usque ad certum terminum, cautione sufficienti interposita, dampna illata legitime faciant resarcire. Alia nichilominus cautione eos obligantes, ne de cetero aliquid tale audeant attemptare. Si autem ad hoc eos inducere non potuerint, tamquam regni et mei inimicos, eos singuli et comuniter uniuersi persequantur, et mutuum circa hec sibi prestantes auxilium, non audeant alii, fugatos ab aliis, recipere uel retinere. Qui autem ad hoc iuramento se astringere noluerit, aut Rius prestiti uiolator extiterit, terram quam a me uel ab alio tenebat debet amittere, et regiam indignationem incurrere et confiscatis rebus suis a regno exulare.

Illud etiam de comuni omnium consensu statuo, quod si quis ratione iustitie aut huius mee constitutionis seruande, quemquam ceperit aut de eo iustitiam fecerit, nullus amicorum uel propinquorum suorum audeat Procter hoc ei uel rebus suis nocere aut eum disfidare. Quod qui presumpserit attemptare, similem quam de malefactoribus diximus penam et supplitium incurrat. Preterea, comuni assensu et consilio baronum et curie mee sanction, ut qui natum ex concubine pro filio suo receperit, ita pro eo sicut pro legitimo filio respondeat.

Vt autem hec omnia per totum regnum ab uniuersis firmiter obseruentur, ego ipse iuramento firmaui me omnia sicut obseruaturum et eos qui obseruare neglexerint predicto modo puniturum.

[*Texto n° 2: Constitución de 1194*]

ITEM CONSTITUCIONES EIUSDEM REGIS INCLITI EDITE APUD LEGIONEM IN MENSE SEPTEMBRI, SUB ERA M^oCC^oXXX^oII^o ET PROMULGATE CONSEQUENTER APUD CONPOSTELLAM IN CONCILIO X^o KALENDAS NOUEMBRIS.

[I] A[defonsus], Dei gratia rex Legionis et Galletie, omnibus regni sui prelatibus et principibus et populis uniuersis, salutem. Sicut de turbatione quam regnantium solent habere primordial regno quoque nostro mala multa sucereuerunt, sic in tranquillitate quam fecit Dominus nobis, que contra iustitiam sunt hactenus usurpata, tenemur extirpari. Nichil est autem iustitie tam contrarium quam aliena seu palam seu furtim surripere.

[II] [Item] Omnem igitur uilentiam tollere cupientes, communi deliberatione statuimus, ut nullus rem quam alius in possessione tenuerit siue mobilem siue immobilem, seu magnam seu quantumlibet modicam audeat uiolenter occupare. Quod si fecerit et rem ipsam duplatam ei qui passus est uiolentiam restituat et uoci regie C morabitanos conponat. Ad uiolentam autem occupationem dicimus pertinere, si quis per se pignora capiat alterius quam sui debitoris uel fideiussoris; et qui se negauerit esse debitorem aut fideiussorem, recuperet pignora per fideiussorem, ita quod qui ea reddere noluerit quasi uiolentus ad supradictam penam teneantur, et qui pignora capta negauerit, si conuictus fuerit postea, quasi fur puniatur. Pignorationem aliquam qui per se et non per maiorinum ipsius terre uel per dominum feerit tanquam uiolentus inuasor puniatur. Simili modo qui boues pignorauerit aut uaccas que sunt ad arandum aut ea que rusticus in agricultura secum habuerit, etiam si sit debitor aut fideiussor. Qui uero negauerit se uiolentiam



fecisse ut predictam penam euadat, det fideiussionem secundum priores consuetudines terre, et exquiratur deinde an uiolentiam fecerit, et secundum illam exquisitionem teneatur per datam fideiussionem satisfacere. Exquisitores autem uel sint per consensum impetentis et eius qui impetitur, uel si non consentiunt, sint illi quos nos uel qui terram tenent de nobis cum consensus nostro posuerint, quasi uicarios per singulas terras qui debent inquisitiones facere et sigilla habere, ut per eorum testimonium credatur querele et aliter non recipiantur.

[III] [Item] Si uero maiorinus iustitiam quantum in ipso est negauerit querelanti uel eam malitiose distulerit, adhibeat ille testes apud aliquem de predictis uicariis, per cuius testimonium rei ueritas constet, et compellatur maiorinus tam quod est in querela quam expensas duplum persoluere. Si uero alcallis fuerit qui iustitiam negauerit uel eam malitiose distulerit, cum predicto modo rei ueritas constiterit, compellatur quod in querela est et expensas querelanti persoluere et insuper penam C aureorum sustinere.

[IV] [Item] Interdicimus etiam ne quis, propter inimicitiam quam habet aduersus aliquem dampnum aliquod faciat in hereditatem eius uel res eius mobiles. Quod si fecerit, dampnum duplet et supradictam penam C aureorum incurrat.

[V] [Item] Volumus autem et firmiter mandamus quod terre nostre reducantur nobis ad regalia iura nostra, ut qui terram de nobis tenuerit integer habeat ipsam cum omni iure suo; proinde constituimus ut qui homines nostros in nutricos filiorum quos amos uocant receperit sine concessione eius qui terram a nobis tenebat et non dimiserit eos liberos ad ius terre nostre usque ad tres septimanas postquam hec constitutiones nostre in terra illa promulgate fuerint, ipsi nutricii perdant quicquid habent, et qui eos taliter retinuerit ad penam C aureorum uoci nostre teneatur. Simili quoque pene subiacat qui eos de cetero consensus eius qui terram tenet recipere presumpserit.

[VI] [Item] Idem constituimus de seruicialibus quos uel in suis casalibus que ad ius nostrum pertinent tenent, uel quos cum sint homines nostris ad sua casalia transtulerunt nostris dimissis sine concessione Rius qui terram tenebat. Si enim eos non dimiserint uel de cetero taliter receperint, constituimus ut predictae pene subiaceant.

[VII] [Item] similiter qui sub nomine subpignorationis casale hominis ad ius nostrum pertinentis receperunt, per eandem restrictionem mandamus ut teneantur ipsum dimittere et nullum de cetero taliter occupare nisi sint tales qui ad similem forum teneantur. Talia etiam casalia per similem penam prohibemus ne quis audeat comparare qui sub foro eorum non debeat permanere.

[VIII] [Item] Nec uolumus quod de casalibus uel hominibus nostris qui ad certa debita tenentur, que uulgo foros uocant, terra nostra perdat debita illa propter amicum uel seruicialiam, etiam si per concessionem eius qui terram tenebat facti fuerint amici uel seruiciales.

[IX] [Item] Similiter qui hominem nostrum habet uasallum sine concessione eius qui terram tenet et non dimiserit eum usque ad tres septimanas postquam constitutiones iste in terra illa promulgate fuerint, aut qui aliquem talium sine consensus eius qui terram tenet deinceps receperit, tam uasallus quam dominus predictae pene subiaceat.

[X] [Item] Constituimus etiam ut filios rusticorum ad ius nostrum pertinentium quorum patres milites non fuerunt, nemo audeat habere milites uel facere, sed dimittantur ad dominium eius qui terram tenet. Qui contra hoc fecerit supradictam penam C aureorum incurrat.

[XI] [Item] Inter hec omnia, quia precipue tenemur ecclesiastici ordinis et honoris curam et sollicitudinem genere, seruanda in perpetuum constitutione sancimus ut decedentibus episcopis uel aliis ecclesiarum prelatibus, nullus ex parte nostra uel alia aliquid de domibus eorum uel hereditatibus uel hominibus suis uel aliis bonis ad eorum sedes uel ecclesias aut monasteria pertinentibus, presumat occasione qualibet tollere uel diripere, sed omnia integra seruentur et



illibata ei qui loco forum fuerit eligendus. Qui contra hoc fecerit, sacrilegus habeatur et regiam indignationem incurrat, et quod occupauerit duplet et penam C aureorum persoluat.

[XII] [Item] Statuimus quoque de hominibus uillarum uel possessionum ad episcopatus uel abbatias uel alias religionis pertinentium qui se ad aliud dominium uel aliam uillam transtulerunt, quod nisi usque ad tres septimanas potquam constitutionis iste promulgate fuerunt in episcopate de quo errant, redierint ad solum sum et dominium episcopatus uel abbatie uel religionis cuius fuerant, amittat de cetero solum illud et hereditatem et habeat eam dominus uille uel possessionis a qua transierunt. Et qui constitutionem istam infregerit sepedictam penam C aureorum persoluat. Similiter puniantur qui se de cetero taliter transtulerint.

[XIII] [Item] Statuimus etiam ut quecumque donata uel relicta fuerint ecclesiis uel monasterios uel aliis religionibus, easdem habeant libertates qua sea habuisse constiterit, priusquam donata fuerint uel relicta, ut maiorini nostri non plus potestatis in eis assumant quam Prius habebant.

[XIV] [Item] De illis autem qui ex consuetudine raptores sunt uel latrones, talem facimus constitutionem. Quicumque coram nobis uel coram principibus nostris de terram quam a nobis habent per exquisitionem bonorum hominum publice iuratorum fuerint scripti, nullus eos audeat in uasallo retinere, nec alius ipsos recipere. Sed qui eos post denunciationem publicam retinuerit uel receperit, ad penam forum teneatur. Et qui terram in qua sunt tenet, teneatur eos pro posse suo comprehendere, et uel quod iustitia dictauerit de ipsis facere uel eos nobis aut maiorino nostro tradere. Et quicumque talium uel dominus uel propinq[u]us, pro eorum insequentione uel captione aut morte uel qualibet alia distictione que obtentu nostre constitutionis illis facta fuerit inimicitias detexent, nisi statim destiterit ita quod per osculum eas inimicitias se finire concedat, ad similem illius penam teneatur qui raptor scriptus era taut latro, et iram nostrum incurrat, et omnia sua confiscentur.

[XV] [Item] Raptoribus autem et eis qui scripti errant latrones, quod ad expeditionem nostrum nuper in Galletia recepimus, terminum constituimus trium septimanarum postquam constitutionis iste promulgate fuerint in terries eorum, ut si usque ad eum terminum uenerint ad presentiam eius qui terram de nobis tenet uel ad maiorinum meum ubi ex partem nostra fuerit, et emendauerint querelas de dampnis que fecerunt postquam nos apud Legionem alia uice constitutionis nostras constituimus, et securitatem dederint quod alia dampna de cetero non faciant, recipiantur sine aliquot impedimento. Quod si non compleuerint, fiat eis de cetero sicut superius diximus, ut bona eorum confiscentur, et ipsi si capi non possunt, eiciantur de regno tanquam regni inimici.

[XVI] [Item] De latronibus autem quod iustum esse cognouerint qui eos punier debent quod pecuniaria sunt multandi prohibemus, ne quis maiorem a beis pecuniam recipiat quam secundum ueteres consuetudines pro dampno quod coniuncti fuerunt per exquisitionem intulisse debuerint persoluere. Nemo autem eum quem pecunia redimere uoluerit deinceps capite puniat. Et nullus talim dimittatur, nisi per sufficientem fideiussionem, quod deinceps dampnum non faciat.

[XVII] [Item] De filiis uero nobelium ex concubinis constituimus, ut qui eos in filios receperit ita pro eis respondere teneatur ut pro legitimis, et qui pro eis alicui inimicitias detexerit, nisi statim eas per osculum finierit de cetero pro eis ut pro legitimis teneatur.

[*Texto n° 3: Mandato al obispo de Ourense*]

A[defonsus], Dei gratia rex Legionis et Gallecie, dilecto et fideli suo A[defonso] eadem Auriensis ecclesie reverendo episcopo, salutem et gratie integritatem. Sicut per obseruantiam decretorum nostrorum status regni nostri ceperat reformari, sic ex forum neglectu dinoscitur a sue rectitudinis statu non modicum recessisse. Verum sicut ea prius cum prelatorum et iudicum



consilio et deliberatione atque omnium principum nostrorum consensus statute iuramento communi firmavimus, sic et nunc denuo, ad firmitatem debitam quod tam districte roboratum fuerat reducentes, sub eadem districtione uolumus et precipimus ea omnia inuulabiliter observari. Vestram igitur de qua certi sumus industriam in hac parte requirimus et uigilantiam, ut sollicitudine uestra per episcopatum uestrum seruanda denuncientur, et iudicibus uestris iniungatis auctoritate nostra et uestra, ut secundum ea iudicent quotiens ad ipsa pertinent question acciderit, quam et nos cum ad nos fuerit appellatum, si nobis innotuerit secundum ea latam fuisse sententiam, eam infirmari non sustinebimus.

Edición de divulgación y transcripción:

- Alfonso SÁNCHEZ MAIRENA (Subdirección General de los Archivos Estatales (Secretaría de Estado de Cultura. España), contrastada con la de José M.^a FERNÁNDEZ CATÓN: *La curia regia de León de 1188 y sus “Decreta” y constitución*. León: Centro de Estudios e Investigación “San Isidoro” – Archivo Histórico Diocesano, 1993; pp. 131-157.

Nota informativa

- La imagen ha sido proporcionada por el Archivo de la Catedral de Ourense y la Edición y transcripción por la Subdirección general de los Archivos Estatales de la Secretaría de Estado de Cultura con la finalidad exclusiva de divulgación. Los investigadores y lectores que deseen utilizar toda esta información o parte de ella pueden hacerlo libremente siempre y cuando citen la procedencia de los textos e imágenes. En el aparato crítico de los documentos se ofrecen los centros culturales (Archivos y Bibliotecas) donde se custodian los manuscritos así como las ediciones de los textos.
- Si utiliza este recurso, le rogamos que lo cite, utilizando los datos de la nota precedente de “Edición de divulgación y transcripción” y la URL del recurso de información en que se edita este documento.

Madrid, 2 de Julio 2013

